

## RAMENTA CARMELITANA

### 22(b)

#### Gli 'Statuta Prima' della Congregazione Mantovana \*

#### II

#### STATUTA a. 1516-1540

#### <1516 Casali>

\*1 Confirmatum fuit pro semper statutum biretorum factum in precedenti capitulo.\* (f. 86)

\*2 Quia iam multocies elapsis annis nostri patres gremiales ordinauerunt et fecerunt multa et varia statuta, quorum multa non obseruabantur, tum propter multitudinem, et via Domini dicitur esse recta et suauius, nec agrauans aut oprimens laborantes in vinea Domini, tum etiam quia statuta illa erant fratribus ignota: hinc reuerendus pater Vicarius magister Joannes Angelus de Brixia cum suis supradictis diffinitoribus, volentes fratrum saluti prouidere et statuta necessaria pro congregazione manutenere, friuola autem reicere et abolere, coegerunt omnia statuta huius libri et illa coram toto gremio sigilatim proposuerunt et balotauerunt, ut que iusta forent et rationa-

---

\*2 §<sup>1</sup> 1 multocies] così credo di sciogliere l'abbr mult. || 2 obseruabantur] su a<sup>1</sup> abbr poi espunta A

---

\*1 cf. *StP* 96. \*2 cf. *EphC\** 511-512 || §<sup>1</sup> 3s riecheggia testi biblici, p. e. 'via recta' *Dn* 3, 27 (*Ez* 33, 20); 'suauis' allude a *Mt* 11, 30 'iugum enim meum suauis est'; 'vinea Domini' allude alla parabola di *Mt* 20 e 21 (cf. 'ite et vos in vineam meam' *Mt* 20, 4. 7) || 6 Giovanni Angelo Coradella eletto vicario generale, per la prima volta, nel 1515, su cui cf. *EphC\** 402 e 495 a SAGGI 107 cpv 3 e 115 cpv 3.

---

\* Continuazione di *Ramenta Carmelitana* 22(a) pubblicato in *Ephemerides Carmeliticae* 12 (1961) 127-195. Di questi statuti, che seguono come appendice al 'corpo di Casale', si tratta nell'Introduzione n. 10-11 (ivi p. 134-136). Per il siglario vedasi la pag. 127.

bilis confirmarentur, que vero superflua forent cassarentur. <2>  
Ideo que confirmata fuerunt de asensu totius gremii, viua in libro isto remanserunt; que vero per balotas et vocaliter annullarunt, totum gremium cassari et de libro ordinarunt, ut patebit intuenti. Illa tamen hic breuiter subscribi ordinauerunt, cum appositione suarum penarum, que ad longum superius suo loco uideri poterunt; et mandauerunt, ut quilibet conuentus habeat illa ita breuiter transcripta, ut sciant ad quid teneantur et ad quid non. (f. 86')

\*3 Item ordinauerunt, ut omnia que lucentur predicatorum amore Dei, sint ipsorum predicatorum; nec conuentus possint aliquid petere ab eis, nec ipsi, si predicauerint extra conuentus, possint aliquid petere ab ipsis conuentibus. (f. 86')

\*4 Item balotarunt et confirmarunt statutum de biretis griseis, sub eadem pena, factum in capitulo precedenti. (f. 86')

\*5 Item statuerunt, ut finito officio magno fratres non amplius se errigant, sed iaceant in genuflexione, sicut glosatum fuit statutum superius 66. (f. 86')

<1517 Parmae>

\*6 In isto capitulo ex unanimi asensu reuerendi patris Vicarii, patrum omnium difinitorum et omnium uocalium gremii huius, approbatum fuit et acceptatum, tanquam utile omnino pro Congregatione, breue apostolicum impetratum per magistrum Joannem Angelum uicarium precedentem, ex assensu Difinitorum capituli precedentis 1516, cuius tenor est talis [...] (f. 87')

\*7 Et ne oriretur dissensio ex intelligentia breuis supradicti, ex consensu omnium gremialium declaratum fuit, quod per 'modernos priores' intelliguntur illi priores qui continuo per 3. annos perseuerarunt in prioratu in vno conuentu, uel pluribus conuentibus, immediate ante capitulum celebratum Casalis 1516. Et illud 'per biennium immediate sequens vacare debent cet.' intelligitur [post promulgationem ipsius breuis, quod promulgatum fuit in isto capitulo Parme celebrato 1517: et sic uocabunt per duos annos sequentes 15]: incipiendo duos illos annos a capitulo Casali celebrato 1516, quod vacare habeant; et sic postea singulis duobus annis successiue et mutuo uocabunt.\* (f. 88)

§<sup>2</sup> 2 annullauerunt] l<sup>1</sup> inserito A<sup>c</sup> || 3 cassari] s<sup>2</sup> inserito A<sup>c</sup> | illa] a <d A  
|| 4 penarum] e *reca sopra l'abbr per en, prec canc* pena \*7 1 intelligentia]  
g forse corr A || 5 Casalis] lg -i || 6 post] *lettura supposta* || 6-8 [...] canc A

\*4 cf. *StP* 96. \*5 cf. l'aggiunta a *StP* 66 nel capitolo di Parma del 1490.  
\*6 4 per Giovanni Angelo Coradella cf. nota a *St* \*2 l. 6 || 6 [...] *Act* 87'-88 riporta integralmente il breve di Leone X *Considerantes uberes fructus* del 6/7 1516: *BullCarm* I 459<sup>b</sup>-460<sup>b</sup>.

\*8 Reuerendus pater Vicarius prouideat conuentibus et aliis locis de predicatoribus ut sibi videbitur. Quere hoc in capitulo Ferarie 1471, vbi cassum est aliud statutum, et loco eius positum est hoc, quod melius poni debebat in hoc capitulo, quia in illo Ferarie non fuit ita statutum, sed aliter, videlicet vt ibi. (f. 88)

\*9 Quia anno Domini 1490, in capitulo Parme celebrato, fuit facta taxa pro Congregatione nostra annuatim soluenda, et successiue augmentata, et multi conuentus Congregationi nostre aiuncti fuerunt qui non erant taxati, ideo reuerendus pater Vicarius pater Antonius de Aueraria, magister Joannes Angelus de Brixia Vicarius precedens, primus diffinitor pater Augustinus de Brixia, 2<sup>us</sup> diffinitor pater Benedictus de Caneto, 3<sup>us</sup> diffinitor pater Angelus de Pontiuicis, 4<sup>us</sup> diffinitor pater Paulus de Mastinis, 5<sup>us</sup> diffinitor pater Benedictus de Brixia, vnanimiter concordantes ordinarunt taxam pro Congregatione et capsam comuni, similiter et taxam pro visitatione reuerendorum Vicariorum imp.<sup>is</sup> pro Congregatione. [...] (f. 88')

\*10 Quilibet conuentus nostrarum sororum soluet medium ducatum. (f. 88').

<1518 in S. Felice>

\*11 [Statuerunt insuper, quod graduati et promoti in capitulo Parme immediate precedenti, videlicet anno domini 1517, et in futurum graduandi teneant locum sue professionis in choro, refectorio, capitulo et processionibus; non obstante quocunque statuto ordinis seu Congregationis faciente in contrarium. Et hoc propter pacem omnium, honorem et reuerentiam patrum antiquorum, qui de religione sunt benemeriti et portarunt pondus diei et estus.] (f. 93)

\*12 Statuerunt etiam, quod priores aut presidentes nullo modo permittant vsum linteaminum lineorum in celulis fratrum, vt in statuto ordinis precipitur. Et hoc sub pena depositionis ab officio prioribus et presidentibus infligenda. (f. 93)

\*8 A<sup>2</sup> \*9 3 aiuncti] lg adiuncti || imp.<sup>is</sup>] incerto lo scioglimento: impositas con correzione? \*11 canc con due linee diagonali incrociate A<sup>c</sup> || 5 faciente] cie corr

\*8 Is quasi come StP 23 || 3 cf. StP 16\*. \*9 1-4 cf. Act 37-37' (con le aggiunte e variazioni), EphC\* 479, StP 65<sup>a</sup> || 4-8 qualche notizia su tutti, tranne che per Benedetto da Brescia, cf. in SAGGI 'Indice analitico I' || 5 Giovanni Angelo Coradella: cf. nota a St \*2 lin. 6 || 7 Angelo da Pontevico: cf. EphC\* 503 a SAGGI 202 not. 139 || 11 cf. per la tassa Act 88' e EphC\* 479. \*10 O notato questa tassazione, perchè indica quella ordinaria, mentre è stata omessa la straordinaria del 1518 (EphC\* 479): 'Conuentus monialium nostrarum singuli soluent bol. xx. Remaneat tamen firma taxa Erarij 1517' (Act 93). \*11 7 cf. Mt 20, 12. \*12 2s cf. SORETH 12, 2.

## &lt;1519 Mutinae&gt;

\*13 Nullum statutum fuit ordinatum in hoc capitulo, sed remissum fuit ad statuta facta &c.\* (f. 94)

\*14 Fuit etiam propositum de tempore studentium quo deberent permanere in conuentu Bononiæ. Et fuit obtentum, quod remanerent vsque ad complementum cursus (quantum possibile erit) sui studii. (f. 95)

## &lt;1520 Mantuae&gt;

\*15 Fuit proposita in gremio et facta est constitutio, de consensu omnium patrum gremialium, quod nullus deinceps recipiatur ad relligionem, nisi in visitatione reuerendi patris vicarii vel eius vices gerentis. Et hoc sub poena depositionis ab officio prioratus et sub poena priuationis loci et vocis aliorum fratrum. Et ista constitutio facta est, eo quod multæ abusiones fiebant circa receptionem nouiciorum. Nam quidam priores recipiebant spurios; et alii ad complacentiam secularium admittebant stultos et ineptos. Et sic replebant istam sanctam congregationem hominibus inutilibus. Et propter hoc de||creuerunt patres de gremio, quod nullus deinceps introducatur, nisi reuerendus pater Vicarius vel eius visitator approbauerit. (f. 95'-96)

\*16 Item statuerunt et ordinauerunt, quod non fieret quietatio aliqua cum monialibus alicui seculari ex parentibus uel amicis, nec de licentia ipsius monialis nec ex capitulo illarum aut ex capitulo fratrum nostrorum, nec de licentia reuerendi patris vicarii generalis uel eius visitatoris, sed tantum ex licentia obtenta et balotata omnium gremialium capituli generalis. Et hoc sub poena irritationis contractus. (f. 96)

\*17 Item statutum fuit, quod non adhibeatur fides prioribus dicentibus se exposuisse pecunias ad usum proprium concessas pro aliqua necessitate conuentus, nisi antequam omnes illas expenderint de hoc fidem faciant tribus clauariis. Et hoc sub poena depositionis ab officio ipso facto, et sub poena priuationis pecuniarum sic expensarum et usus earum. (f. 96)

\*18 Item statuerunt et preceperunt in virtute sanctæ obedientiæ et sub poena excommunicationis latæ sententiæ, quod nullus frater presumat dare in depositum, nec mutuare alicui personæ extraneæ, siue viro siue mulieri, siue seculari siue clerico [uel] regulari, pecunias aliquas ad usum proprium concessas, nisi de licentia reuerendi patris

---

\*16 2 monialibus] b corr A | ex] prec espunte 3 lt (del?) A \*17 1 adhibeatur] dh corr A \*18 4 uel] interl A

---

\*14 proprio in fondo all'atto capitolare, come un'aggiunta.

vicarij generalis in scriptis accepta. Quod si aliquis contra hoc facere presumpserit, sit ipso facto priuatus vsu omnium talium pecuniarum, et carceri mancipetur. (f. 96)

\*19 Item statuerunt, quod nullus frater, siue prior siue subditus, excepto reuerendo patre vicario generali, habeat seu nutriat equos vel equum, siue mulos vel aliquod iumentum pro vsu proprio ad expensas conuentus, nisi hoc fecerit de communi consensu clauariorum, || et quod talia animalia sint ad seruitium conuentus. Et hoc sub poena depositionis ab officio et priuationis usus et domini talium animalium.\* (f. 96-96').

\*20 Item statuerunt et ordinarunt, quod de bonis fratrum decedentium fiat inuentarium iuxta constitutionem antiquam per clauarios. Et preceperunt, in virtute sancte obedientie et sub poena depositionis ab officio prioribus et priuationis loci et vocis clauariis, ne aliquid distrahant vel dispensent seu disponant de huiusmodi bonis, nisi de licentia reuerendi patris vicarii generalis pro tempore existentis, vel eius uisitatoris seu locum gerentis. (f. 96')

<1521 Bergomi>

\*21 Patres gremiales capitulariter concluderunt, quod fiat capsula societatis in conuentu Mantue cum 4<sup>or</sup> clauibus, quarum unam teneat reuerendus pater Vicarius, alias uero tres prior Mantue, Brixie et Ferrarie.\* (f. 98)

\*22 Reuerendus pater Vicarius una cum reuerendis patribus diffinitoribus constituerunt, quod de cetero studentes commorantes in studiis nostris generalibus, ut Bononie, Ferrarie, Mantue et Brixie, non possint nec debeant petere cappas nec tonechinos in recessu suo, sed tantum contententur tunicis, camisiis, caligis, sotularibus, biretis et subrotis. (f. 98')

\*23 Propositum fuit coram toto capitulo per reuerendum patrem Vicarium et diffinitores: an celebrari deberet capitulum de bienio in bienium. Et responsum fuit per aliquos patres quod sic, et quod melius ut utilius foret congregationi, quod solum fieret, ut dictum est, de bienio in bienium. Nonnulli uero alii, imo maior pars, contradixit. Quare deuenimus ad balottas, et sic pars negatiua superauit. (f. 98')

<1522 Lucae>

\*24 Propter multa inconuenientia, que ex facilitate acceptandi noitios omnes dignoscitur exoriri, sancitum fuit: vt nulli spurii, nullus

\*20 1 statuerunt] er ritocato | bonis] is corr | decedentium] sopra abrasione, poi e<sup>2</sup> e d<sup>2</sup> corr || 4 et<sup>2</sup> e corr A \*21 3 Alias] A su altre li A

\*20 cf. SORETH 21, 1.

inferior etate annorum 14, nullus propter peccuniam, nullus aliene religionis, nullusque expulsus ab aliquo conuentu nostro et iuste, posset recipi ad nostrae Religionis famulatum, sine expressa licentia reuerendi patris Vicarii generalis, sub pena priuationis officii, loci et vocis contrafacientibus huic statuto.\* (f. 99')

\*25 Et licet leges patricae nonnisi ex euidenti necessitate sint abrogande, ne earum robur ex instabilitate earum pessumdaretur, attamen, quia apud fere omnes gremiales (exceptis 4<sup>or</sup> vocibus dumtaxat contranittentibus), compertum fuit aliquas infrascriptas leges cerimoniales nostras incompossibiles rationi cantandi, et quasi plus nociuas quam aliter. Ideo decreuerunt, quod de cetero fratres totius Congregationis nostrae ad *Incaratus est*, quod decantatur infra *Credo* &c., semper fiat genuflexio et non incuruatio. (f. 100)

\*26 Consimiliter fuit obtentum, quod quando pars chori aliquid tale (*suscipe deprecationem nostram. Ave Regina cellorum. Ave maris stella. Tu solus Altissimus, Yhesu Christe*) et huiusmodi decantat, semper illa\* pars decantando stet, et nullo pacto se incuruet, nisi finito versiculo pro quo debebatur incuruari. Nam tunc reuerenter se inclinabit, et non nimis etiam profunde. (f. 100)

\*27 Fuit obtentum, quod in omni conuentu nostrae Religionis, propter honorem D<sup>iu</sup>e Virginis, post prandium (vt moris erat) semper canetur illa laus, quae incipit *Ante tronum Trinitatis* etc.\* (f. 100)

\*28 Ex nonnullis fratribus infirmis infirmitate incurabili et diutius in aliquo conuentu inutiliter permanentibus propter eorum morbum, surexit querimonia aliquorum conuentuum, et particulariter conuentus Luce propter fratrem Sanctum de Pontremulo. Quare determinatum fuit, quod de cetero tales et similes non vestiantur quolibet secundo anno, vt determinant alia statuta, nisi esset vrgens necessitas; sed vestiantur secundum arbitrium et discretionem prioris et clauariorum conuentus, charitate semper regulante etc. (f. 100')

\*24 4 posset] incerto se lg -ent      \*25 2 attamen] n corr || 7 sottolin mie  
| semper] sembra cane 1 lt      \*26 25 sottolin mie || 3 illa] illas A\*      \*27  
3 sottolin mia

\*25 per le inclinazioni cf. l'*Ordinale* di Siberto de Beka, rubr. 8 p. 11, secondo l'ed. citata in nota a *StP* 40\*.

\*26 per le inclinazioni cf. come in *St* \*25.

\*27 per questa prosa cf. U. CHEVALIER, *Repertorium Hymnicum Medii Aevi* 1 (Louvain 1892) 72 n. 1183 (*Bibliothèque Liturgique*, III); non c'è nell'*Ordinario* di Siberto de Beka (cf. nota a *StP* 40\*); si legge però nel Salterio carmelitano del s. xiv conservato nell'Archivio generale dei Carmelitani (S. Alberto), *I.C.O.I.* 6 f. 195 (cf. A. M. FORCADELL O.Carm., *Commemoratio Solemnis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Historia et Liturgia*, Romae 1951, p. 202 [*Bibliotheca Sacri Scapularis*, 2]). Non sembra che abbia fatto parte del Prosario carmelitano: cf. G. WESSELS O.Carm., *Antiquae Prosae seu Sequentiae in Missa*, in *Analecta Ordinis Carmelitarum* 3 (1914-1916) 405-426, dove non c'è alcuna menzione.      \*28 55 cf. *St* \*15.

## &lt;1523 Burgognani&gt;

\*29 Obtentum fuit, in gremio capituli supradicti, quod breue siue bulla bienii, de licentia protectoris, auctoritate apostolica confringatur et anulentur. (f. 100')

## &lt;1524 Mantuae&gt;

\*30 [Statutum est, ut nullus habitu conuersi induatur, sed omnes laici sint comissi.] (f. 102')

\*31 Ordinatum est, vt nullus conuersus mutet habitum. (f. 102')

\*32 Confirmata est constitutio de clauariis et dispensatore in quocunque conuentu fiendis.\* (f. 102')

\*33 Statutum est, vt comissi fatiant professionem. (f. 102')

\*34 Obtentum est in capitulo, vt procurator Rome equum habeat et equitet.\* (f. 102')

\*35 Statutum est, vt nullus scandalosus per decennium aliquod officium obtineat.\* (f. 102')

\*36 Item statutum fuit, quod procuratori generali in curia dentur omni anno decem aurei pro suis expensis et equo quem debet habere +de comuni taxa congregationis.+ (f. 103)

\*37 De priorissa, suppriorissa et ceteris officialibus sororum eligendis. — In primis statutum fuit, quod eligantur quatuor moniales a reuerendo Vicario, a priore conuentus Mantuae, a tribus discretis eiusdem conuentus et a confessore; et scribantur nomina illarum\* in quatuor cedulis distinctis, secrete, nulla scilicet sororum aliarum sciente. Et imbursentur dicte cedule secrete, extrahaturque vna tantum cedula, et illa sit priorissa, cuius nomen ex bursa fuerit extractum. (f. 103)

\*30 *canc con lineete diagonali*      \*36 3 +...+ add A<sup>2</sup>      \*37 4 illarum] illorum A

\*29 *rs* è il breve di Leone X *Considerantes uberes fructus* del 6/7 1516, di cui alla nota a *St* \*6 || 2 la lettera del card. Protettore è quella del card. Nicolò Fieschi del 28/3 1524 in *BullCarm* II 7<sup>b</sup>. Il Fieschi era in realtà Viceprotettore, perchè viveva ancora il card. Sigismondo Gonzaga: cf. le firme nei documenti riferiti da STARING 63 not. 2 e 81 not. 2, oltre la menzione nella bolla del 13/1 1526 presso STARING 54. Su di lui cf. MARCELLINUS A S. THERESIA O.C.D., *Chronotaxis illustrata Em.morum Protectorum Ordinis Carmelitarum utriusque Observantiae*, in *Analecta Ordinis Carmelitarum Discalceatorum* 5 (19308) 77<sup>b</sup>-78<sup>a</sup>.

\*30 è l'unica volta, col seguente \*33, che ricorre il termine negli statuti della Congregazione, comprese le Costituzioni. Per il senso si può rimandare a C. DU CANGE, *Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis* 2 (Parisiis 1733) 855 s. v. 'commissi' 1 e 2. Qui, evidentemente, sostituiscono i 'conuersi', senza averne l'abito, benchè professino (*St* \*33). Ma l'anno seguente, per ragioni non specificate, fu tolta la proibizione di *St* \*30: cf. *St* \*42. Sono probabilmente i 'semifratres' di *StP* 72\*.      \*33 cf. *St* \*30.

\*38 Item ordinatum fuit similiter de suppriorissa eligenda, videlicet, quod nomina quatuor monialium pari modo scribantur; et illa sit suppriorissa, cuius nomen fuerit excerptum. (f. 103)

\*39 Statutum est, quod rotarie ordinentur et constituentur ab ipsis suprascriptis patribus, scilicet vicario et reliquis patribus. (f. 103)

\*40 Item ordinatum est, quod priorissa et suppriorissa non possit permanere in officio prioratus et supprioratus nisi per annum. (f. 103)

\*41 Item ordinatum fuit, quod priorissa et suppriorissa post officium debeant vacare per triennium ab officio, taliter quod non possint nomina illarum\* amplius imbursari nisi post tres annos. (f. 103)

<1525 in S. Felice>

\*42 Nihil autem noui innouatum est, sed omnia in suo primo robore permiserunt, preterquam a toto gremio reuocatum est statutum de non fiendis conuersis. Quapropter in posterum, propter iacturam quam habuit Congregatio multis [de] causis, poterunt, nisi aliter disponetur a capitulo, ordinari uel accipi induique conuersi.\* (f. 103')

\*43 Reuerendus pater Vicarius una cum patribus diffinitoribus ordinauerunt, quod interueniente eius morte (quod Deus auertat) debet unus diffinitorum presidere post alium, secundum ordinem diffinitorum. (f. 104')

<1526 Ripae>

\*44 Obtentum fuit, quod priores non possunt esse priores nisi per biennium in eodem conuentu, sed bene possunt plus esse in aliis &c.\* (f. 105)

\*45 Obtentum fuit; quod capitulum generale tantum celebretur de bien<i>o in biennium, scilicet quando eligitur Vicarius. (f. 105)

\*46 Obtentum fuit, quod deinceps nemo possit predicare, nisi admittatur per capitulum generale. (f. 105)

\*47 Obtentum fuit, quod confessores eligantur per diffinitores etc.\* (f. 105)

\*48 Obtentum fuit, quod si socius prioris ituri ad capitulum generale fuerit superior conuentus, quod prior possit per seipsum, absque uocibus fratrum, eligere vicarium conuentus ex auctoritate collata per reuerendum patrem Vicarium, non obstantibus ordinationibus et constitutionibus quibuscumque. (f. 105)

<1527 Brixiae>

\*49 Fuerunt etiam in eodem capitulo presentate littere R.<sup>mi</sup> D. Laurentii cardinalis tituli Sanctorum Quatuor per venerabilem patrem

\*39 1 ipsi] p corr A    \*41 3 illarum] illorum A    \*42 4 de] interl A

\*49 15 il card. Protettore Lorenzo Pucci, su cui cf. MARCELLINUS (nota a \*29) 78<sup>a</sup>-79<sup>b</sup>. La lettera fu confermata dal breve dell'8/12 1529 *Religionis uestrae honestas*: BullCarm II 44 (per il Vicario 44<sup>a</sup> n. 1). Cf. STARING 143 not. 4.



Constantinum de Fusombruno priorem Rome, in quibus consulitur omnibus patribus, et maxime diffinitoribus, ut nullus eligatur ad vicarium, nisi habuerit quadraginta annos, et probatus fuerit esse vite integerrime et expertus in offitiis minoribus ante laudabiliter administratis. (f. 106')

\*50 Item precipitur in eisdem, ut ad prioratum eligantur uiri maturioris etatis, et non adolescentes; alioquin seuerius prouidebitur, si contrafacere nos intellexerit. Et nonnulla alia, que ad congregationis regimen non spectant, prout patet in eis, que reposite sunt in capsula Brixiensi.\* (f. 106')

\*51 Statutum quoque est, ut in conuentu Bononie sit regens, et exeunte regente, nullus exeat ad lectiones audiendas a secularibus. (f. 106')

\*52 Statutum aliud approbatum fuit per voces, ut nullus audeat predicare sine cappa alba, sub pena depositionis ab offitio. (f. 106')

\*53 Item, quod si aliquis conuentus indigeat fratribus pro subsidio suo, quod soluat viaticum conuentui qui misit fratres ad eum subleuandum uel succurrendum.\* (f. 106')

\*54 Obtentum etiam est, ne fratres surgant ad matutinum alternatis vicibus. (f. 106')

\*55 Obtentum quoque est, ut omnes libri Martini Lutheri, in quibus continentur multi articuli ab Ecclesia, siue Romana curia reprobati, comburentur; et quod nullus detineat libros illos, sed stetim cum ad conuentus suos venerint, ignibus tradant. (f. 107)

\*56 Item, quod comburentur etiam omnes alij libri eiusdem Martini Lutherij, quamuis in eis nullus eorum articulorum contineatur, dummodo ipsius auctoris esse constiterit: et hoc statim post aduentum fratrum ad suos conuentus. (f. 107)

\*57 Item, quod comburentur sine vlla dilatione, postquam venerint ad suos conuentus, libri aliorum authorum fauentium alicui articulo damnatorum ipsius Martini Lutherij. Et hec omnia supradicta seruentur sub penis in bulla sedis apostolice in gremio publice exposita; et vltra sub pena tam in iure communi quam nostris constitutionibus assignata contra hereticos. Et si in dignitate fuerint, priuationis eius-

\*49 *prec il titolo in rosso* 'Tenor litterarum protectoris' A<sup>2</sup>: *la stessa mano à aggiunto alcune sottolin* \*50 *1 precipitur]* p<sup>1</sup> *piccola corr A: anche qui alcune sottolin in rosso* A<sup>2</sup> || 5 *incerto se lg Brixie* \*51 *2 nullus]* *prec i parola abrassa* \*55 *prec il titolo in rosso* 'De luteranis' A<sup>2</sup>: *sottolin in rosso fino al n.* \*58 || 3 *lg comburantur* \*56 *1 lg comburantur* \*57 §<sup>1</sup> *1 lg comburantur*

\*50 cf. il breve di cui in *St* \*49 p. 44<sup>ab</sup> n. 2. \*55 per questo e gli statuti seguenti cf. la bolla di Leone X *Exsurge Domine* del 15/6 1520 in *Bullarium Romanum* v (Augustae Taurinorum 1860) 748<sup>a</sup>-757<sup>b</sup>, e precisamente nel § 2 i 41 articoli condannati (749<sup>a</sup>-752<sup>b</sup>), nel § 3 le proibizioni delle dottrine e relative censure (752<sup>b</sup>-753<sup>b</sup>), nel § 4 quel che riguarda i libri (753<sup>b</sup>). \*57 4 cf. le pene nel § 3 della bolla (*St* \*55) || 5 per le pene del diritto comune cf. *FERRARIS* (*St* \*118) IV (1888) s. v. 'haereticus', specialmente 78<sup>a</sup>-80<sup>b</sup> n. 31-70; invece nelle Costituzioni esplicitamente non se ne parla.

dem ; et si non, carceri mancipentur, sine ulla remissione. <2> Et quod plenissime obseruentur omnia que in dicta bulla continentur, tam contra habentes libros predictos uel ementes, quam contra predicantes, defendentes, disputantes, etc. Et quod nullus in hoc per ignorantiam excusetur. Et hoc, ut dicitur in bulla, ut memoria tam pestiferi uiri et fidei catholice destructoris penitus ab hominibus deleatur. +Et hoc nisi a summo pontifice habuerint licentiam in scriptis.+ (f. 107)

\*58 Et etiam statutum fuit, quod priores, scientes predicta penitus non obseruari ab aliquo suorum fratrum et non prouidentes super hoc, et non fecerint diligentem inquisitionem in suo conuentu ad inquirendum si aliquis de fratribus suis haberet tales libro<s>, deponatur a suo offitio.\* (f. 107)

\*59 Item, ut nullus prior uel conuentus audeat acceptare ad nouitiatum aliquem, uel vestire, aut monacham aliquam, aut mittere aliquem ad sacros ordines, sine expressa licentia reuerendi patris vicarii, sub pena depositionis ab eorum offitijs. Nec etiam impetrare pro aliquo dispensationem aliquam a summo pontifice, sine expressa licentia reuerendi patris vicarii. Similiter nec dare licentiam alicui predicandi, sub pena depositionis ab eorum offitijs ; aut facere aliquem uel aliquos confiteri, nisi admissi fuerint a reuerendo Vicario. (f. 107)

\*60 Item, quod nullus clericus induatur de nouo, donec steterit in sacris per duos annos integros, incipiendo annum a capitulis nostris ; uel induantur tantum vestibus remissis. Similiter ordinamus, quod nullus laycus conuersus uel comissus vestiatur de nouo ab aliquo conuentu, nisi ad minus fuerit religiosus et manserit in Congregatione per 4<sup>or</sup> annos, computando annum a principio\* capituli. (f. 107')

\*61 Item statutum fuit, ut priores corrigant fratres suos, sicut habent autoritatem ex statutis ; reforment uestes, fodraturas, cappas, caligas, oradellos in fundo tunicarum, stringas, et alia indumenta, secundum nostri ordinis institutum. (f. 107')

\*62 Item, quod comburant carthas, taxillos, aleas, et huiusmodi instrumenda ad ludendum, que prohibentur a canone. Ad scachos autem non ludant, nisi carnis priuio. (f. 107')

\*63 Item, quod nullus adeat moniales nostras, sub pena ut habetur in constitutionibus ; nec etiam uadat ad aliquas alterius ordinis, sine expressa licentia sui prioris et licentia suorum rectorum in scriptis habita. (f. 107')

---

§<sup>2</sup> 7 +...+ add A \*60 5 Congregatione] g<sup>1</sup> corr A || 6 scioglimento incerto di p.<sup>o</sup> \*63 2 uadat] u corr A

---

\*61 *IS* cf. SORETH 26, I. \*62 sono le proibizioni, dal concilio Lateranense IV, decreto XVI 'De indumentis clericorum' (MANSI 22 [1778] 1006) e delle *Extravagantes* di Gregorio IX, III. I. 15 : *Extr. De vita et honestate clericorum, clerici officia* (ed. FRIEDBERG, *Corpus Iuris Canonici* II 453). \*63 *IS* veramente è in *StP* 56.

\*64 Item, quod nullus prior accomodet conuentui suo numos, nisi illos prius presentet clauariis conuentus ; aliter non tenebitur conuentus ei illos restituere. (f. 107')

\*65 Item precipitur omnibus, ut nullus, cuiuscunque gradus sint uel offitii, siue predicator siue non, siue tempore predicationis siue non, portet barbas uel clericam deformatam vltra 15\* dies, sub pena depositionis gradus et eorum offitiis, si conuictus fuerit per testes idoneos eum contra presens statutum fecisse in quocunque tempore, siue xli<sup>i</sup> siue alio. (f. 107')

<1528 Ungariae>

\*66 Preceptum fuit, ut priores uideant computa sacristiarum suarum ; etiam de candelis faciant sacristas reddere rationem, et inuentarium illarum fiat, et in magnis et in paruis. (f. 108')

\*67 Item, quod priores non possint dare licentiam suis fratribus, ut extra diocesim sui prioratus exeant, nisi pro magna conuentus necessitate, sub pena depositionis ab officio. (f. 108')

\*68 Confirmatum est statutum de sororibus. (f. 108')

\*69 Confirmatum est statutum de ordinandis. (f. 108')

\*70 Ordinatum est, ne aliquis frater, uicario reuerendo excepto, possit pro Congregatione facere expensas cuiscunque summe, nisi licentiam a reuerendo patre Vicario habuerit uel a gremio ut procurator. Quod si fecerit, in suum damnum reuertatur expresse, nec ei fiat satisfactio. (f. 108')

\*71 Et breuiter, omnia statuta congregationis hactenus ab ipsa approbata, et in libro hoc signata numero suo extra posito per capitulum Casalis preteritum, uoluerunt patres capituli, ut in suo uigore durarent, et confirmarunt. (f. 108')

\*72 Reuerendus pater Vicarius una cum diffinitoribus ordinarunt, quod interueniente morte reuerendi patris Vicarii (quod absit), unus diffinitor post alium presidentiam regat, secundum suorum diffinitoriarum ordinem, uidelicet ut primo primus diffinitor : quod si decederet et uitam in mortem commutaret, 2<sup>us</sup> succedat, et sic consequenter. (f. 108')

\*65 2 siue] *prec sine licentia canc A* || 3 15] *segue un q coll'abbr: prob cominciato qui (ndecim), poi scritta la cifra, che sembra 25, però c'è anche un puntino, per cui, considerando pure che il 15 è un termine usuale per prescrizioni legali, mentre il 25 è singolare, è preferito 15 nel testo* || 6 xlii] *lg quadragesimali*  
 \*66 2 faciant] *su c uno segnetto A\*, poi canc A<sup>c</sup>* \*67 *sottolin in rosso: 2 extra... prioratus, e 3 sub... officio A<sup>2</sup>* || 3 sub] *b <per* \*70 *inchiostro più sbiadito* || 1 possit] *per sé l'abbr permetterebbe di lg potest* || 2 pro] *un po' incerto* | cuiuscunque] *cun è incerto (cuiusque?)* \*71 *inchiostro più carico, separato da \*70 con uno spazio vuoto di circa 3 ll.* || 3 preteritum] *così leggo p.<sup>m</sup> di A* \*72 *fra \*71 e \*72 spazio vuoto di circa 10 ll.* || 4 quod] *così leggo l'abbr, ma forse anche qui*

\*68 è lo St \*63 e il complesso \*37-41? Probabilmente, da \*69, è il \*59. \*69 cf. St \*59.

## &lt;1529 Pistorii&gt;

\*73 Fratres clerici tam diaconi quam subdiaconi non habeant vocem in aliqua electione cuiusuis conuentus; quia, cum non habeant uocem passiuam, nec debent habere uocem actiuam. Et hoc fuit optentum per ballotas. (f. 109')

## &lt;1532 Soncini&gt;

\*74 Hoc anno obtenta fuit per reuerendum Pallauicinum bulla confirmationis priuilegiorum Congregationis a Sanctissimo D. N. Clemente VII, addito quod potiamur omnibus priuilegiis omnium congregationum Mendicantium de obseruantia. (f. 112)

\*75 Decretum etiam fuit ab omnibus gremialibus, nemine dissentiente, per publicas uoces et pallottas secretas, quod nullo modo permitteretur, quod Prior Generalis totius ordinis uisitaret aliquod monasterium congregationis, uel aliquid super congregationem innouaret. Et de hoc factum fuit solemne instrumentum per publicum notarium anno Domini MDXXXII, Aprilis xxv, dominum Jacobum de Couo. (f. 112-112')

## &lt;1533 Ferrariae&gt;

\*76 Confirmatum est, approbatum et per balottas obtentum, quod omnes electiones canonicæ in congregatione nostra fiant per balottas secretas, modo quo in conuentibus Camurancæ, Barriani, Soncini et Ferrariæ celebratis factum fuit et obseruatum. (f. 112')

\*73 1 subdiaconi] d corr A || 3 nec] scioglimento incerto

\*74 1s su Giambattista Pallavicino cf. STARING 304-310: a p. 307 il ricordo della bolla di Clemente VII *Sacer ordo in agro dominico* del 31/3 1531 (*Bull Carm* II 50<sup>b</sup>-54<sup>a</sup>) || 3s cf. p. 53<sup>b</sup> 'omnibus et singulis aliis priuilegiis tam in genere, quam in specie aliis Congregationibus regularis obseruantiae aliorum quatuor Ordinum Mendicantium concessis...'; cf. anche STARING 149 not. 1. \*75 per tutto la questione del diritto di visita fra il priore generale Nicolò Audet e la Congregazione, cf. STARING 126-209 (ivi anche i precedenti della controversia); per l'atto notarile cf. STARING 154-155. \*76 3 i 'conuentus' in questo caso sono i capitoli generali della Congregazione: i nomi citati si riferirebbero ai capitoli degli anni 1530-1533, cioè Camurana 1530, Barriano 1531, Soncino 1532, Ferrara 1533, ma per nessuno di essi è registrata la procedura. Incidentalmente si menziona 'ad fabas' nel capitolo di Camurana del 1510 (*Act* 80) e in quello di Soncino del 1532 (*St* \*75).

## &lt;1534 Regii&gt;

\*77 Statutum fuit, quod priores et eorum uicarii carceri mancipent fratres sibi assignatos tarde ultra terminum in litteris suis contentum eundi ad suos conuentus sibi assignatos; totque diebus eos inibi detineant, quot excesserunt terminum sibi prefixum. (*f. 115*)

\*78 Nullus fratrum audeat aut presumat monasteria monialium tam nostri quam alterius ordinis adire, etiam earum confessore se associante, sub pena carceris per quindecim dies infligenda tam fratri eunti quam confessori associanti, nisi ipsi confessori per reuerendum Vicarium generalem specialiter iniungatur. (*f. 115*)

\*79 Statutum fuit, quod quicumque nostre congregationis, cuiuscunque conditionis existat, tenuerit libros lutheranos et alios ab ecclesia damnatos, et illis studuerit, declarauerit, aut conclusiones suspectas disputauerit asserendo, statim omni officio, gradu, loco et voce per decenium sit inhabilis, et ad ea non possit per decem alios admitti. (*f. 115*)

\*80 Si quis repertus fuerit non dicere horas canonicas, et de hoc conuictus uel uiolenter suspectus fuerit, carceri mancipetur; nec possit talis liberari, nisi per reuerendum patrum uicarium generalem, et careat loco et voce. (*f. 115*)

\*81 Nullus prior de cetero det clericam alicui conuerso, sub pena depositionis ab officio ipsi priori et carceris fratri conuerso tonsurato per mensem in pane et aqua irremissibiliter infligenda; nec etiam Vicarius generalis possit dare licentiam. (*f. 115*)

\*82 Et quicumque ex conuersis ad sacerdotium fuerunt promoti, amodo non teneant locum sue professionis, sed a tempore quo fuerunt ordinati ad sacerdotium locum teneant. (*f. 115*)

\*83 Declaratum fuit per reuerendos patres vicarium et diffinitores, quod electiones de cetero fiant non per balotas (cum quandoque sequatur confusio in tali balotatione), sed per uoces secretas, quas unus patrum probate uite, qui per sortes prius eligatur a conuentu, recipiet scribendo nomina electorum sine expressione nominum eligentium, qui sigilatin uidente eligente scribat; postea ipse qui scripsit scribat suam electionem presente presidente. (*f. 115*)

\*84 Confirmantur statuta congregationis, et precipitur omnibus prioribus, quod saltem ter in anno, uidelicet in ingressu prioratus, in aduentu et in quadragesima, ea faciant legi, sub pena expulsionis a gremio capituli generalis, quotiens constiterit eos fuisse negligentes in executione presentis statuti. (*f. 115*)

\*77 *I* mancipent] *su t l'abby per -tur* \*80 *I* canonicas] *a<sup>2</sup> corr?* \*83 *3* sed] *s < d* || *4* probate] *b corr* | recipiet] *prec q canc A* || *6* scribat] *b corr A*

\*79 cf. la bolla di Leone X *Exsurge Domine*, nel § 3 p. 752<sup>b</sup>-753<sup>a</sup> dell'ed. citata a *St* \*55.

## &lt;1535 Mantuae&gt;

\*85 +Sunt etiam+ reiecti omnes apostate a Congregationis sinu, et ordinatum, quod qui bis apostatauerit a Congregatione, non sit habilis ad susceptionem societatis nostrę Congregationis. +Et hoc fuit uiua omnium uoce acclamatum, uel saltem a maiori parte+. (f. 117')

\*86 Ordinatum est etiam, quod et similiter sint inhabiles quicumque ausi fuerint tales [relapsos] apostatas promouere et proponere in gremio, ut in Congregatione recipiantur.\* (f. 117')

\*87 Statutum est etiam, quod si conuentus non habeat ad minus quattuor uoces sacerdotales (non computata prioris localis uoce), non possit facere socium iturum ad capitulum, sub pena expensarum facturum in itinere et exclusionis a gremio. (f. 118)

\*88 Ad instantiam multorum patrum iterum propositum est gremio, an acceptet constitutionem illam de electionibus uiua uoce factis, sed per tria capitula generalia reiectam et ordinatam illam de secretis per fabas uocibus. Et est conclusum et a toto gremio ordinatum, quod fiant uoces per fabas, sicut declaratum est in capitulis precedentibus.\* (f. 118)

\*89 Mandatum fuit et impositum reuerendo Generali Vicario, ut uel per se uel per procuratorem impetretur breue contra apostatas nostros, ne de cetero audeant indisciplinati a congregatione nostra discedere. (f. 118)

\*90 Ordinatum fuit, ne scolares electi et deputati sub disciplina regentis occupentur extra lectionis et disputationis <tempus?> in aliquo negotio, nisi magna necessitas instet; aut domum exeat quis studentium absque expressa licentia regentium studiorum, aut nisi pro actibus publicis et recreatione discreta. (f. 118)

\*91 In signum distinctionis professorum a nouitijs \*ordinatum est\* quod nouicij habeant caputia suta et consuata patientie; sic et de capis, eo modo quo prius professi utebantur; nunc autem professi habeant non suta caputia patientie et cape etc.\* (f. 118)

\*92 [Sic et obtentum est et ordinatum a toto gremio, quod fratres apostate illi, qui bis apostatauerint a congregatione, sint inhabiles ad susceptionem in societatem nostram]. (f. 118')

---

\*85 1 +...+ mg<sup>e</sup> add A<sup>2</sup>, e sotto una mano indicante || 3s +...<sup>1</sup> add A<sup>1</sup> || 4 l...+ add A<sup>3</sup> \*86 2 relapsos] interl A \*88 3 reiectam] et corr A || 5 declaratum] l corr A \*89 3 indisciplinati] d corr \*91 1 ordinatum est] interl A per alcune lt canc \*92 mg<sup>e</sup> Vacat A<sup>1</sup>, lo statuto canc diagonalmente A<sup>1</sup>

---

\*86 sopprimo tutti gli statuti che riguardano direttamente la controversia col priore generale, per il loro valore passeggero: cf. *Intr.* 10 e nota a *St* \*75. \*88 3 i tre capitoli generali sono quelli di Soncino del 1532 (cf. *St* \*75), di Ferrara del 1533 (*St* \*76) e di Reggio del 1534 (*St* \*83) || 5 i capitoli precedenti sono quelli citati sopra. \*89 tale breue non risulta ottenuto, o almeno non compare in *Bull Carm II*.

\*93 [+Nullus+ conuentus Congregationis potest eligere socium iturum ad capitulum, nisi habeat ad minus 4<sup>or</sup> voces, non computata prioris localis uoce, sub pena expensarum et expulsiōnis a capitulo]. (f. 118')

\*94 [Omni sabbato cantetur missa de Domina, nisi aliud obstat]. (f. 118')

\*95 Praecipitur confessoribus monialium, ut non ingrediantur monasteria monialium, nisi pro sacramentis ecclesie ministrando, sub pena proprietariorum. Et hoc casu ingrediantur semper cum socio. Nec dormire possint apud conuentum ipsarum. (f. 118')

\*96 Item preceptum est, quod non alienentur bona immobilia sine expresse licentia reuerendi Generalis Vicarii, sub pena depositionis a prioratu, priuationis loci et uocis, et annullationis dictae alienationis &c.\* (f. 118')

\*97 Item, quod redditus certi scribantur in libro seorsum ab elemosinis sacristie et [a] bonis incertis. +Et de ipsis fiat saldum a reuerendo Vicario, sicut de datis et expositis, in visitatione+. (f. 119)

\*98 Cantus figurales uitentur omnino in Aduentu, in vigilijs Ecclesie, in quadragesima et in diebus festis. Conceditur tempore quadragesime propter passiones et lamentationes, secus sicut supra dictum est etc. Et etiam conceditur ferijs quintis et uacationis tempore semel per horam in die. Et si contra hanc determinationem fecerint, fratres loco et uoce priuentur.\* (f. 119)

\*99 Multa alia ordinata sunt a reuerendis patre Vicario et diffinitoribus ad regularem uitam pertinentia, que hic non registrantur, quia continentur in superioribus capitulorum actis, ut quod reformentur habitus occulti et aperti nostrorum fratrum, et similia. (f. 119)

<1536 Galeatie>

\*100 Viua et publica uoce, nemine discrepante, a toto gremio sanctitum fuit: quod omnes priores similiter et discreti quorunquunque conuentuum nostrorum et omnes seniores prefatorum, qui ausi fuerint (quod Deus auertat) resistere et contradicere uniuersali taxationi per reuerendos patres Generalem Vicarium et diffinitores ad hoc a toto gremio electos et determinatos, discrete et equa lanze dispartite, omnis et quilibet eorum per decennium de facto et immediate expellatur de conuentu illo, in quo talem resistantiam fecerint, et per decennium

\*93 *mg<sup>e</sup> uacat A<sup>1</sup>, canc come \*92 || 1 \*...\* add A* \*94 *canc come \*92 || 1 sabbato] bb corr | missa] ss corr | obstat] o corr* \*95 *prec 'Approbatum et de nouo ordinatum' A<sup>1</sup>, e prima canc Innouatum* \*96 *1 alienentur] ent corr || 2 depositionis] p corr?* \*97 *2 a] interl A || 2s +...+ add A* \*98 *2 quadragesime] xlme A*

\*93 ripete St \*87. \*99 3s cf. St. \*61.

non possint admitti ad aliquod officium publicum uel priuatum nostre Congregationis\*. (f. 119)

\*101 Nichil aliud in hoc capitulo fuit ordinatum et sancitum. (f. 119)

<1537 *Nwolariae*>

\*102 Ordinatum est et statutum, ne fratres vendant sibi data uetustaria a conuentibus, sed illis utantur ad bienium usque ut ipsa iam uetera pro nouis assignent, sub pena priuationis indumenti noui.\* (f. 120')

\*103 Interdicitur fratribus, sub pena in statutis contenta, ne ad moniales nostras accedant. Nec eximimus ab huiusmodi statuto carnales fratres, cognatos et consanguineos, qui sunt fratres nostre congregationis. (f. 120')

\*104 Et confirmantur innouanturque statuta etiam penalia ad confessores monialium pertinentia, de non pernoctando in cameris apud conuentus monialium; similiter et de ingressu eorundem absque socio, et non nisi in casu necessitatis pro sacramentis administrandis. (f. 120')

\*105 Nullus predicator audeat, sub pena priuationis gradus, officii et dignitatis, acceptare, siue procurare sibi locum predicationis sine expresso et speciali mandato in scriptis a reuerendo Generali Vicario. (f. 120')

\*106 Omnes obedientie fratrum, quibus de loco ad locum destinantur, per capitulum consignentur in manibus priorum eos receptorum, et prefati priores tales obedientias latoribus fidelibus tali solertia sic assignent, ut omnino ad fratres per ipsas destinatos perueniant. Quod si aliter factum fuerit, ipsi priores tanquam maleuoli puniantur et obedientie preuaricatores.† (f. 120')

\*107 Fratres uero per tales obedientias moti, contemnentes ire ad loca sibi assignata Vicariumque Generalem adeuntes, per ipsum carceri mancipentur, dummodo non fuerint in causa rationabili et urgente. (f. 120')

\*108 Taxę veteres non solute et nouiter impositę per uenerabiles patres computistas, tempore uisitationis fiende immediate per ipsum reuerendum Generalem Vicarium eidem soluantur uel eius nuntio, sub pena depositionis ab officio. Et computet reuerendus ipse Generalis Vicarius in huiusmodi solutionibus fratrum et conuentuum prestita et credita. (f. 121).

---

\*100 10 Congregatione A | segue ordinatum fuit *canc* A \*102 2 ipsa] *prec* 1 o 2 *li* *canc* \*103 1 sub] s *corr* || 3 nostre] *segno* su n \*104 3 ingressu] s<sup>2</sup> *inserito* A<sup>c</sup> \*106 5s +...+ *add* A<sup>2</sup> \*107 2 carceri] r<sup>2</sup> *corr* || 3 rationabili] R < R

\*103 cf. *St* \*78.

\*104 cf. *St* \*78 e \*95



## &lt;1538 Bariani&gt;

\*109 Nullum aliud ordinatum fuit statutum in capitulo prefato, quod non ante per reuerendos bonæ memoriæ patres nostros fuerit factum et pluries confirmatum. Sed hoc tantum statuerunt et decreuerunt omnes congregati patres, ut omnia et singula statuta, tam ad Vicarium generalem pertinentia quam ad ipsos congregationis officiales omnes, necnon et subditos fratres, spectantia, inuiolabiliter, nullo habito personarum respectu, obseruarentur, sub poenis in præteritorum statutorum constitutione uel publicatione positis et expressis. (*f. 122*).

\*110 Addiderunt prædicti ipsi patres, sub poena excommunicationis latæ sententiæ et depositionis ab officio priorissæ conuentuum monialium nostrarum contrafacientis huiuscemodi precepto, et singulis omnibusque sororibus complicibus, ne de coetere audeant ad intus recipere puellas seculares educandas uel instruendas, nisi de licentia capituli generalis, et nisi sint ad habitum religionis per voces, ut fieri solet, assumptæ, uel, ut uulgariter dicitur, positæ et acceptatæ in capitulo earundem sororum. (*f. 122*)

\*111 +Et item 2º addiderunt de inuentariis, ut subtus &c.\* (*f. 122*)

\*112 Portentur omnino a reuerendo priore uel eius socio ad capitulum generale inuentaria omnium bonorum mobilium et immobilium conuentus, manibus propriis discretorum conuentus subscripta, et sigillo communi conuentus munita, sub pœna expulsionis a gremio et expensarum tam priori quam eius socio &c. (*f. 122*)

\*113 Reuerendus sacræ theologiæ bachalaureus pater Joannes Baptista Granellus, nostræ Congregationis in Curia generalis procurator, presentauit toti uenerabili gremio quoddam instrumentum factum per se, auctoritatem habentem talis conficiendi a reuerendis principalibus commissariis et generalibus procuratoribus || Congregationis in diœta Mantuæ electis 15. nouembris 1537, qui fuerunt reuerendus sacræ theologiæ lector et generalis Vicarius patre Antonius Riccius de Noualaria pro primo, reuerendus pater Joannes Baptista de Confallonibus prior conuentus Ferrariæ pro secundo, reuerendusque sacræ theologiæ bachalaureus pater Petrus de Greccis conuentus Brixioæ pro tertio, electi quidem pro sedanda et componenda lite, quæ uertebatur inter Congregationem et reuerendum sacri ordinis nostri Priorem Generalem.

\*109 1 prefato] t corr A<sup>c</sup> || 2 fuerit] e corr A || 5 Vicarium] u corr nel testo e poi scritto interl A<sup>2</sup> || 8 publicatione] p corr \*110 1 lg excommunicationis || 3 huiuscemodi] e corr || 7 capitulo] o corr A \*111 inserto evidentemente dopo \*112 \*112 A<sup>2</sup> \*113 §<sup>1</sup> 2 generalis] g corr A || 4 auctoritatem] o corr A || 8 Confallonibus] n corr su ras A

\*113 §<sup>1</sup> 15 per G. B. Granelli cf. l'indice di STARING 480<sup>a</sup> || 3 questo 'instrumentum' è quello del 22/3 1538: STARING 198 e not. 2 || 5-12 cf. STARING 196 || 7-10 per i singoli cf. l'indice di STARING 488 e 480; inoltre per il Ricci EphC\* 483 a SAGGI p. XXVII not. 27 (cf. not. a Intr. 4 not. 16)

<2> Quod quidem instrumentum continebat bullam quandam R.<sup>mi</sup> domini domini Nicolai cardinalis de Rodulfis, protectoris nostri semper et merito obseruandissimi, articulos compositionis comprehendentem, quam uidere poterit quilibet in capsula communi Mantuae per reuerendum Generalem Vicarium in ea repositam, ad perpetuam rei memoriam.

<3> Et cum ab omnibus auditum fuisset et intellectum, annuerunt omnes; et nedum uiuis uocibus acclamarunt et consenserunt ratificarentque, sed et balotis affirmatiuis idem acceptarunt, gratum habentes quicquid, donante Deo, R.<sup>mo</sup> domino domino Protectore concedente, in ipsa compositionis bulla continebatur. Volueruntque publicum confici instrumentum per ser Andream Aratorem de Brignano, ut in suo protocollo uidere facillimum est. (*f. 122'-123*)

<1539 in S. Felice>

**\*114** Reuerendus pater Generalis Vicarius Joannes Baptista Granelus proposuit in gremio: vtrum deberet cuique petenti licentiam accedendi ad nostrarum monialium domos concedere, aut omnino negare. Et ordinatum statutumque fuit, quod nulli, cuiuscunque gradus et condicionis existeret, dare possit, nisi eis qui fuerint cum ulla ipsarum monialium in secundo gradu, hoc est fratribus carnalibus, coniuncti, et per duos annos a locis ipsarum monialium absentes manserint, aut manentibus in loco, habentibus sororem ipsam monialem grauiter egrotantem. <2> Et hoc sub pena inhabilitationis ad ipsum Vicariatus officium incurrenda; exceptis tamen prioribus locorum, quibus liceat, urgente necessitate, talem licentiam non negare, uel etiam aliis pro maxima et urgente necessitate. (*f. 125'*)

**\*115** Ordinatum fuit per ipsum gremium, quod predicatorum, qui ab annis quatuor citra predicare ceperunt, non possint predicare nisi in conuentibus in quibus morantur, aut extra, si ab ipso conuentu electi aut uocati fuerint; et de licentia spetiali reuerendi patris Vicarii Generalis. Et hoc sub pena suspensionis ab ipso predicationis officio firmiter incurrenda. (*f. 125'*)

**\*116** Ordinatum fuit, quod statuta de indumentis lata in capitulo Borgognani firmiter obseruentur, sub pena in ipsis statutis incurrenda. (*f. 125'*)

**\*117** Item statutum est, quod debita indumentorum, de quibus iudicatum est et sententiatum per auditores ciuilium in presenti capitulo, ante capitulum futurum et eorum sententiae ad conuentus per sotios

§<sup>2</sup> 5 perpetuam] -pet- corr    **\*114** §<sup>1</sup> 5 eis] s corr || §<sup>2</sup> 2 officium] o su ras  
di 2 li    **\*115** 4 de] prec hoc canc A    **\*116** 2 obseruentur] b <p A

§<sup>2</sup> 2s su Nicolò Ridolfi come Viceprotettore e poi Protettore cf. MARCELLINUS  
(St \*29) 79<sup>b</sup>-80<sup>b</sup>. La ' bulla ' del 22/3 1538 cf. in *BullCarm* II 72<sup>b</sup>-74<sup>a</sup> || §<sup>3</sup> 1 cf.  
STARING 198 || 5s cf. STARING 198 not. 4.    **\*114** 1 cf. St \*113 §<sup>1</sup>.

priorum aut per priores nouiter institutos defferantur, ne pretextu ignorantie valeant excusari. Et hoc sub pena priuationis loci et vocis habende in capitulo, ipso facto incurrende. (f. 126)

\*118 Ordinatum fuit per ipsum gremium, quod nullus, siue idoneus siue non idoneus, promoueatur ad ordinem sacerdotalem, nisi annos duos et viginti compleuerit, et quod per annos quinque post professionem manserit in Congregatione. Et hoc sub pena in sacris canonibus constituta, tam ipsi generali vicario quam prioribus infligenda. (f. 126)

\*119 Ordinatum fuit, quod taxe R.mi patris Generalis ordinis et prouincialium pro expensis euitandis, ad capitulum nostrum de cetero deferantur. (f. 126).

\*120 Item ordinatum fuit, quod nullus apostata Congregationis uel ordinis, qui uult recipi a nobis in nostram Societatem, proponatur, nisi fuerit presens in capitulo generali, et non aliter omnino. (f. 126)

\*121 Item ordinatum fuit, quod ultra stipendium alias ordinatum famulo reuerendi procuratoris romani tribuendum, congregatio tribuat conuentui nostro Romano scuta duodecim pro expensis fiendis in alimentis, ferraturis et aptandis sellis equitature ipsius procuratoris. (f. 126)

\*122 Ordinatum fuit, quod nullus scribat literas ad quencunque, nisi [de licentia] prioris loci, aut recipiat uel aperire audeat; sub pena statutorum et constitutionum inuiolabiliter infligenda. (f. 126)

\*123 Ordinatum fuit, quod nullus habeat, legat, emat *Coloquia* Erasmi, uel alios libros heresim lutheranam uel aliam sapientes. (f. 126)

\*124 Ordinatum fuit per reuerendos patres diffinitores, quod priorisse monialium nostrarum, maxime conuentus Mantue, Ferrarie, et similium nobilium conuentuum, eligantur solum de bienio in bienium, immediate post generale capitulum nostre congregationis, uel quam citius poterit fieri, ab ipso nostro generali vicario; ita ut in secunda visitatione non petantur sorores que uocales sunt, an uellint prioris-

\*118 4 pena] a corr      \*119 1 taxe] x corr      \*122 2 de licentia] interl A  
\*123 1 emat] a corr | sottolin mia

\*118 2s confesso che per i 22 anni richiesti non<sup>r</sup> conosco documenti, almeno del diritto comune; nessuna citazione in *Dictionnaire de Droit Canonique* I (1935) 340s n. 5 s. v. 'âge'; parimenti in F. LUCII FERRARIS, *Bibliotheca canonica, iuridica, moralis* I (Romae 1885) 152<sup>a</sup> n. 4 s. v. 'aetas', dove la disciplina pretridentina è fissata coi 22 anni per il suddiaconato, 23 per il diaconato, 25 per il presbiterato; tuttavia lo stesso FERRARIS I 153<sup>a</sup>-154<sup>a</sup> n. 20-25 enumera gli uffici ecclesiastici per cui erano richiesti e bastavano i 22 anni.<sup>3</sup> Ritengo quindi che si tratti di un privilegio dei Mendicanti, considerato il fatto che per loro l'ordinazione non comportava un beneficio curato. \*121 1s cf. St \*36.

\*122 cf. SORETH 22, 3 (anche 3?); StP 41. \*123 1 è il *Familiarium Colloquiorum Opus* diffuso in moltissime edizioni: fino al 1536 cf. in G. W. PANZER, *Annales Typographici* 10 (Norimbergae 1802) 329<sup>ab</sup> (ivi *Familiarium Colloquiorum Formulae* 328<sup>b</sup>-329<sup>a</sup>), al quale elenco manca tuttavia quella del 1525 'Venetiis per Ioannem Antonium & Fratres de Sabio', con la lettera-prefazione di Erasmo, data a Basilea il 1/8 1524 (f. aii<sup>v</sup>). Le condanne delle opere sono ricordate in *Enciclopedia Cattolica* V (1950) 475.

sam || confirmare uel nouam elligere, nisi forte propter priorisse demerita ad alterius electionem procedere necessum esset. (f. 126-126')

\*125 Item prefati uoluerunt, quod electio priorisse fiat in tempore visitationis per reuerendum vicarium generalem, in scriptis fideliter; et non publicetur, sed sigilo vicarii generalis signetur, in capsaque communi trium clauium conuentus fratrum nostrorum 'eiusdem' terre uel loci reponatur; tempore uero maij, uel post capitulum, si non poterit reuerendus generalis vicarius hoc facere, prior loci et confessor eam electionem accipiant, et conuocatis capitulariter sororibus publicent, et cantetur *Te Deum*. (f. 126')

\*126 Et ita fiendum de alijs officialibus ordinauerunt quo ad sorores nostras. Hoc autem propter euitandas expensas plurimas circa hoc oborientes, tum propter alias et multas rationabiles causas hic silentio pretereundas. (f. 126')

\*127 Prefati reuerendi diffinitores concedunt et permitunt reuerendo generali vicario, vt itinerando possit deferre palia grisea, similiter et pileum. Et hos idem suis sotiis, propter nonnullas similiter rationabiles causas. (f. 126')

<1540 Mantuae>

\*128 Propositum fuit per fabas secretas discutiendum: an priores deberent ultra biennium in officium prioratus confirmari, vsquequo et donec per reuerendos patres diffinitores capitulorum generalium vna cum reuerendo Generali Vicario essent iuxta merita confirmati, et iuxta demerita depositi. Et obtentum fuit per omnes fabas et fratres gremialium, quod possent confirmari, octo dumtaxat fabis in contrarium datis.\* (f. 128')

\*129 Eodem die fuerunt propositi omnes reuerendi Vicarii Generales nostre Congregationis tam preteriti quam futuri: an valerent potiri et frui priuilegio patrum grauium, quo cautum est et decretum, quod teneant locum immediate post priorem locorum, nisi ibidem adessent magistri in sacra theologia et bachalauri '+formati+'. Et ab omnibus fabis secrete datis vti supra, fuerunt admissi, vna dumtaxat voce seu faba contraria &c.\* (f. 128')

\*130 Die vero 19. aprilis 1540. per fabas secretas fuit propositum, et disputatum prius per voces apertas: an bonum esset, quod ex omnibus gremialibus quatuor essent elligendi, qui '+una cum reuerendo vicario+', iuxta discretionem eorum, omnia statuta, tam Congregationis nostre, quam et Soret et aliorum statutorum ordinis, moderarent, statu<e>rent, et declararent que statuta essent finaliter obseruanda, et

\*125 4 eiusdem] s add interl A<sup>c</sup> || 8 sottolin mia \*127 1 Prefati] a corr  
\*129 5 formati] mg<sup>e</sup> add A \*130 §1 3 '+...+' mg<sup>i</sup> add A

\*128 data '18. aprilis. 1540'. \*129 3-5 cf. SORETH 17, I. \*130 §1 5 per le Costituzioni del Soreth cf. nota a StP 17\*

quæ essent finaliter moderanda. <2> Et ex omnibus vocibus et fabis secretis, exceptis dumtaxat duabus, quatuor infrascripti fuerunt electi, videlicet: reuerendus pater Antonius Riccius primus moderator, reuerendus magister Octavianus 2<sup>us</sup> moderator, reuerendus pater Placidus de Albino 3<sup>us</sup> moderator, reuerendus pater Joannes Baptista De Confalonibus 4<sup>us</sup> moderator. <3> Quibus sic electis, viua voce omnes aclamauerunt, et eis dederunt omnimodum facultatem de supradictis statutis vel obseruandis, vel moderandis et declarandis; ratum et gratum || promittentes se habituros, quicquid super huiusmodi statutis per eosdem fuerit statutum, moderatum seu declaratum &c. (f. 129-129')

\*131 Die 20. Aprilis 1540. Ad euadendam conuentum nimiam expensam, que multotiens solet ex diuersis Congregationis causis immergentibus et necessariis, quibus merito necesse foret, vt noua congregatio et priorum adunatio esset a reuerendo Vicario Generali vocanda: idcirco propositum fuit: an diffinitores presentis capituli Mantuæ celebrati essent per totum annum duraturi, quatenus in rebus nostre Congregationis arduis et difficilioribus a Reuerendo Generali Vicario vocatis <1> haberent facultatem, vna cum reuerendo Vicario Generali, de predictis disponendi et diffiniendi. Et per fabas secretas prefati diffinitores balotati, omnes habuerunt fabas, 4<sup>or</sup> dumtaxat exceptis, suis. (f. 129')

\*132 Item, eodem die statutum fuit a toto gremio, quod de coetero liber mediocris haberetur, in quo scriberentur omnia acta capitulorum generalium, tum quo ad gratias cum et ad penas, et nomina fratrum decedentium, et accedentium ad Religionem, et etiam tota tabula comunis capituli generalis.\* (f. 129')

\*133 Item fuit declaratum, quod reuerendus Vicarius Generalis impetraret breue, seu diploma apostolicum confirmans auctoritate apostolica prefata statuta declarata et taliter modificata &c. (f. 130)

\*134 Item fuit ordinatum, quod prefata statuta haberent in omnibus et per omnia robur et vires suas a publicatione eorum per reuerendum Vicarium. (f. 130)

§<sup>3</sup> 5 statutum] *lettura incerta, perchè abbr* \*131 5 propositum] *mg<sup>e</sup> add A<sup>c</sup>*  
|| 8 vocatis] *A: lg vocati* \*132 statutum] *abbreviato come \*130 §1 5*

§<sup>2</sup> per il Ricci cf. *Intr.* 4 not. 16; per Ottaviano da Soncino cf. *EphC\** 484 a SAGGI xxxviii not. 30; per Placido da Albino cf. *EphC\** 481 a SAGGI xxii not. 5; per G. B. Gonfalonini cf. *EphC\** 483s a SAGGI xxviii cpv°. \*132 di questo registro, che sarebbe preziosissimo, non è altre notizie; forse è quello ricordato in SAGGI p. LIV not. 92 da *Archivii Monumentum* f. 28. È certo tuttavia che in seguito le grazie e le pene scompaiono dagli *Acta*; una breve lista dei defunti per gli anni 1557-1559 si trova in *Acta* II 183-183' (cf. *EphC\** 455 not. 48); la 'tabula comunis' è l'elenco delle conventualità, di cui si anno in *Acta* due esempi per gli a. 1491 e 1492: cf. *EphC\** 474-475 n. 6. \*133 non vi è notizia dell'impetrazione di tale breve. \*134 sappiamo che le Costituzioni furono finite di stampare il 31/10 1540 (*Const* f. 108), e nel seguente capitolo di Modena, aperto il 2/5 1541, fu registrato: 'In presenti uero capitolo nullum propositum fuit statutum, sed antiqua nouiter impressa approbata et acceptata fuere, ac publico instrumento autenticata' (*Act* 131). Quindi sembra che il vicario generale non abbia fatto una promulgazione apposita.